



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XLIX. Spiritualia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

qui spem habet in hereditate viventis, nullum jus in spe habere dicatur, Bart. & Bolognet. in l. i. n. 4. col. 2. vers. quandoque est aliquod jus. C. de pact. & in l. fin. num. 18. eod. tit. Jac. de S. Georg. in l. qui cum tutoribus. ff. de transact. per. l. post emancipationem 6. §. i. ubi Bart. ff. de liber. legat. quod procedere etiam in patris hereditate, quæ filiis debita videtur, tuctur Bart. in l. i. §. si impuberi. ff. de Collat. & in l. cum Dominus. §. fin. de pecul. legat. ubi dicit non posse propterea filium liberare debitorum paternorum, cum talis spes non attendatur, & in l. sciendum, ad fin. pr. num. 12. ff. qui satisf. cog. Alciat. in d. l. fin. in pr. C. de pact. Jac. Phil. Port. consil. 23. num. 38. ubi refert filium nullum jus habere, & quod sit fragilis spes, cum parentes ipsi inanem hereditatem relinquere possint. Hinc est quod à quibusdam Dd. de spe loquentibus spes vana, Bald. in l. spem. num. 3. C. de donat. & ibid. Angel. in d. l. qui cum tutoribus. num. 2. Curt. in d. l. fin. n. 1. Tiraquell. in Tract. de jure primogenit. quest. 40. num. 221. ab aliis illegitima, veluti Bartol. in d. l. post emancipationem. §. i. invalida, Petr. Anton. Anguifol. lib. 6. fuor. consil. conf. 66. n. 8. improba seu improbata, Aretin. in l. 3. §. interdum. n. 12. ff. de vulgar. substit. Alexand. cons. pen. num. 22. volum. 5. Marant. in l. is qui potest. num. 355. ff. de acq. hered. Valquez. in tr. de success. progress. §. 8. numer. 13. & illustr. contr. c. 48. num. 40. illicita, Bertazol. 1. conf. 57. num. 9. & somnium vigilantium ex Platone vocata fuerit ab Alciat. in l. conditionales. vers. qui spem. ff. de V. S. vid. & Tiraquell. in tr. de LL. Connubial. gloss. 2. num. 40. ubi num. 33. ex Aristotele de fallacia spei abunde scribit, Port. cons. 1. num. 73. 25. & 40.

Limita: nisi spes esset probabilis & fundata, cuius jus potest in bonis nostris esse, Ancharan. cons. 188. Bertazol. 1. consil. decis. conf. 56. num. 94. ita videtur comprehendi hereditas futura, tam ex ultima voluntate, quam ea quæ venit ab intestato: ex ultima voluntate, ex qua quis sibi caveri petit eveniente conditione de restituendo legato, quod ei non permitteretur, si spes non attendatur, tot. tit. ut legat. nom. caveatur. quoad casum intestati, vid. Bart. in l. post emancipationem. §. i. de liberat. legat.

## CAP. XLIX.

## Spiritualia.

## Axioma I.

Spiritualia temporalibus sunt digniora, cap. illud. 5. extr. de Major. & obed. & ideo negotia spiritualia celeriore expeditionem exigunt, cap. si duo in fin. de procurat. in 6. unde etiam in spiritualibus omnis pactio est illicita, cap. ult. extr. de pact. cap. quæsitum 5. extr. de rer. permut. sicut & conditio, cap. duo 34. extr. de simon. sic in iis etiam nec transactionem locum habere patet ex cap. constitutus 4. cap. super 7. extr. de transact. sic etiam de rebus spiritualibus compromissio facta in Laicum non vadit, cap. contingit 8. extr. de arbit. nec etiam locum habet successio hereditaria, cap. i. extr. de prebend. c.

ad hunc. 25. extr. de decim. & summam in causis spiritualibus non Legum districtione, sed canonum æquitate proceditur, cap. literas 2. extr. de juram. calumn. quatenus autem canones in iis sequi debeamus, egregie docet Basil. Monner. cap. 3. de matrim. cap. 4. scilicet nec cum honestate, utilitate publicâ vel legibus divinis pugnent, Harpr. in pr. Institut. de nup. num. 65.

## II.

Spiritualium & temporalium rerum permutatio ad invicem fieri non potest, cap. ad quæstiones 6. extr. de rer. permut. cap. ult. eod. sed spiritualia inter se & temporalia inter se recte permittuntur, d. cap. ad quæstiones 6. extr. de rer. permutat.

## III.

Quæstio facti nil spiritualitatis habet, Alexand. in l. Titia. ff. solut. matr. Costal. in rubr. de sponsal. Jason in l. quoties. numer. 6. C. de judic. Vant. de nullit. ex defect. jurisd. ordin. numer. 54. vers. quævis si esset. Aufser. de potest. secul. in Ecclesiast. reg. 4. numer. 12. vers. octavo fallit. Menoch. retin. possiff. rem. 3. num. 335. Thom. Mich. de Jurisd. conclus. 41. lit. b.

## IV.

In spiritualibus nulla est personarum exceptio, cap. novit. 13. de judic. Menoch. 2. arb. jud. cas. 447. numer. 12.

## V.

In spiritualibus fictio juris non consideratur, Abb. in c. cum in jure. de Elect. & in c. si animum. de judic. lib. 6. Valquez. 2. contr. 40. n. 9.

## VI.

Jus spirituale considerat æquitatem & reiectum, cap. filius noster 5. de testament. Valquez. d. loc.

## VII.

Spiritualia Laici nec possidere nec præscribere possunt, c. causam 7. extr. de præscr. neque etiam administratio spiritualis ei concedi debet, c. quamvis 17. c. tua 25. extr. de decim.

## VIII.

In causis spiritualibus non juratur de calumnia, cap. literas 2. extr. de juram. calumn. Intellige scilicet de jure veteri, hodie enim illud immutatum esse, per c. i. §. fin. de juram. cal. in 6. testis & Valq. 2. contr. jur. cap. 25. n. 20.

## CAP. L.

## Spolium.

## Axioma I.

Spolium non committitur absque possessione, l. i. §. si qua 19. ff. de vi & vi armat. Decius cons. 125. in princ. incip. in causa spoliatio. Gail. 2. observ. 120. num. 20. Spoliatus enim nemo potest dici, nisi quis probet, se possedisse, l. i. §. de jectur 9. ff. de vi & vi armat. c. ult. §. objicitur. vers. non enim probatur 3. q. 1. Bald. in cap. cum Ecclesia Sutrina. col. 4. vers. 5. de causa possiff. & propriet. Corn. cons. 8. num. 2. lib. 1. & cons. 117. num. 7. lib. 4. Jacob. Novell. in prax. criminali tit. spoliatus de facto. incip. vulgaris regula. num.